



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1656**

§. 122. Tunc discipuli eius eum relinquentes omnes fugerunt. v. 50.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45533**

Habent lucem, ideo eam extinguere cupiunt, ut in tenebris permaneant, ne enala ipsorum opera manifestentur, sed frustra laborant, vt enim scriptura ait: *Non extinguetur in nocte lucerna eius, sed clarius fulget, supraque candelabrum Crucis leuabitur, ut luceat omnibus qui in sanctae Ecclesiae domo sunt.* Quandoquidem ergo Christus amore nostri volens lubensque se sapientum Iudeis tradidit, decet vt & nos vicissim amore illius captiuemus omnes sensus nostros in illius obsequium, oculos non aspectando illicita, aures noxia non audiendo, linguam, neque de rebus otiosis, neque de alio- tum fama sinistra loquendo, manus abstinendo ab actionibus malis, cor non admittendo noxias cupiditates, mentem denique cauendo noxias co-  
gitationes.

**§. 121. Sed ut impleantur scripture. v. 49.**

Patriarcharum & Prophetarum, quæ de Christo testimonium perhi-  
bent, existis nimirū comprehendere eum, quia ita placitū est coram patre,  
& ipse voluit: *Oblatus est, quia ipse voluit.* Isa. 53. tanquam ouis ad victimam ductus  
est: *attritus est propter scelerā nostra.* Psal. 21. Circumdederunt me vituli multi &  
tauri pinguis obfederunt me, aperuerunt super me os suum, *scut leo rapiens & rugiens;*  
& alia eiūmodi plura, quæ inueniuntur in Sacra Scriptura, de Christo im-  
pleri debebant, & concludit hanc tragēdiam Euangelista exculando per  
implationem scripturarum quodammodo Iudeos, quare venerint ad eum  
captiuandum cum gladijs & lignis, ita enim suos scriptores erudiuit idem  
mitissimus Dominus ne acerba scriberent, sed suo exemplo mansueto stilo,  
& quando nec opus Iudeorum nec intentionem poterant excusare, excu-  
sarent aliunde, nempe per prætextum implendi scripturas.

**P**rotektor in te sperantium Deus, sine quo nihil est validum, neque san-  
ctum, sine cuius voluntate nihil esse, fieri aut cogitari potest. in terra de-  
orsum neque in cœlo sursum, qui cuncta disponis in ordine, pondere &  
mensura, ubique prælens, omnia implens, quam suauis est spiritus tuus cle-  
mens, mitis, benignus, non acerbus. Nemo hominum tam inge-  
niosam excusationem male agentium unquam excogitauit, quam tuus spi-  
ritus. Benedictus sis igitur in cœlo, & in terra. Dignus es Agnus, qui occisus  
es, accipere honores & gloriam in sœcula sœculorum. Amen.

**§. 122. Tunc discipuli eius eum relinquentes omnes fugerunt. v. 50.**

Quando scilicet viderunt Christum captivum, ligatum manibus &  
collo, & nullam si peresse spem liberationis, anxijs ne ipsi quoque captiva-  
tentur cum Domino ligarentur, fugerunt: & sic impletum quod prædixe-

rat in cæna Dominus eis non credentibus. Omnes vos scandalum patimini  
me ista nocte: scriptum est enim percutiam pastorem & dispergentur oves. Ecce quo-  
modo perterritæ oves discurrent: errabundæ quisque huc illucque vel  
propria festinet, vel ad amicum, vel notum, ut saluetur.

**D**omine ut video Prologus huius omnibus sacerulis memorandæ Actio-  
nis ac Tragico-comœdia iam finitus est, iam Actus, & Scenæ diuersæ  
inchoantur, quorum Theatrum est Ierusalem. Actores sunt Daemones  
ministri eorum, patiens vero tu es Domine Deus meus, nisi malis, ut dicam  
te esse præcipuum Actorem, nam et si patiebaris, tamē multo plis omnibus  
agebas, nihil enim illi sine te egisset. Sed & oro te Domine ne sim talis  
amicus tibi, sed usque ad aras tecum maneam constans, fidelis, prudens  
bonus; nunquam à te vel tuis præceptis vel latum vnguem discedam, mihi  
in minimo fidens aut viribus proprijs: sed enim, heu, nimium leio, quoniam  
cederim, per propriam confidentiam nunc agnoscens imbecillitatem  
mearum ad te refugio, ö spei unica causa meæ & fortitudo certa, de-  
sorbo, fer auxilium & consilium in omni tribulatione & angustia mea.

§. 123. Adolescens autem quidam sequebatur eum amictus sindone  
super nudo. v. 51.

Hic Euangelista narrat vel curiositatem vel constantiam adolescen-  
tis cuiusdam qui discipulis capto Christo fugientibus ipse aliquantum  
secutus sit. Qui si ex discipulis fuerit & ideo spoliatur ad indusum inten-  
cerre præclaræ indolis fuit, ut pote passus aliquid pro Christo, donec am-  
quadam & astutia è manibus hostium se liberarit, & ipse nudus effugeret.  
Quis autem adolescens hic fuerit, varia est opinio scriptorum & medi-  
tationis, alij enim Ioannem Euangelistam, alij dicunt Iacobum fuisse min-  
trem, alij adolescentem qui secutus fuerat Dominum de hospitio ubi cele-  
brauerat Dominus cœnam cum discipulis ex Iohannis Marci domo: alij  
villa Gethsemani, qui auditio de prope armorum strepitu, consurgente le-  
sto spectatum euolauit sindone coopertus: opinaretur ego cum S. Gregorio  
fuisse sanctum Ioannem Euangelistam, quia charitas ardenter in eoen-  
& iuuenis erat, & aliquo modo ex verbis Euangelistæ rotati potest, cum  
dicat: omnes fugerunt; iste non ita cito fugit, sed in specie compulsa.  
Quicquid autem sit, certe apparet furor & rabies huius turbæ capientis  
Christum.

**D**omine, adolescens ille tecum aliquo usque mansit, quia te plus carere  
damauit: ita vice versa eum amasti, quia pius, humilis, pudicus, sobrius,  
castus fuit & quietus, ut inam & ego talis sim adolescentis in vita mea Deus.